Decretal. tit. 19. *de usuris* §. 3. *num.* 3. Reiffenstuel *ib. num.* 175. Canisius *ibid. cap.* 7. *n.* 4. & alii. Et ratio est, quia hæredes ad exonerationem conscientiæ tenentur pro viribus hæreditatis satisfacere omnibus illis, quibus per defunctum aliquod damnum illatum est, etiamsi ex tali damno hæreditas aucta non sit, *arg. cap.* Parochiano tuo 14. *de sepulturis*, juncta Glossa *ibid. verb.* Sed ejus hæres, *& cap.* In literis 5. *de Raptoribus*, cum Glossa *ibid. verb.* Hæredes.

83 Restitutio ab usurario, seu ejus hæredibus facienda est illis, à quibus usuræ extortæ fuerunt, vel eorum hæredibus, si extent, vel si non extent, seu non sint superstites, pauperibus; *Communis*, textu expresso *in cap.* Cum tu 5. *de usuris*, ibi: *Cogendi sunt per pœnam, quam statuimus in Concilio, eas his, à quibus extorserunt, vel eorum hæredibus restituere, vel (his non superstitibus) pauperibus erogare.*

84 Paupertas usurariorum, & hæredes illius excusat à restitutione, donec ad pinguiorem fortunam pervenerint; *Communis*, per text. *in l.* Nam is 6. *ff. de dolo malo*, ibi: *Nam is nullam videtur actionem habere, cui propter inopiam adversarii inanis actio est*, *& cit. cap.* Cum tu 5. *de usuris*, ibi: *Dummodo in facultatibus habeant, unde ipsis possint eas restituere... Illi autem, qui non habent in facultatibus, unde usuras valeant restituere, non debent ulla pœna mulctari, cum eos nota paupertas evidenter excuses.*

85 Ad restitutionem obligat, nedum usura realis, sed etiam mentalis, si aliquod intentum lucrum ratione mutui sit subsecutum. Unde Mutuator, qui intendens lucrum recipere vi mutui, licèt sine pacto externo, contrahit usuram mentalem, si inde aliquid accipiat ultra sortem, quod Mutuatarius non gratis, nec ex mera liberalitate, sed tamquam debitum ratione mutui dedit, tenetur etiam in foro conscientiæ ad ejus restitutionem; *Communis*, textu expresso *in cap.* Consuluit 10. *de usuris*, ibi: *Hujusmodi homines pro intentione lucri, quam habent (cum omnis usura, & superabundantia prohibeatur in lege) judicandi sunt male agere, & ad ea, quæ taliter sunt accepta, restituenda, in animarum judicio efficaciter inducendi.*

86 Si autem Mutuatarius omnino gratis, & ex mera gratitudine, ac liberalitate aliquid dederit ultra sortem, nulla est obligatio id restituendi, quamvis Mutuator mente intenderit tale lucrum primario, & principaliter, ita ut non fuisset mutuaturus, nisi ob perspectam Mutuatarii gratitudinem, ac liberalitatem tale lucrum sperasset. Licèt enim non velle mutuum dare, nisi iis, quos speratur fore gratos, possit spectare ad avaritiam, non tamen spectat ad usuram, cum sic nihil intendatur, neque recipiatur ratione mutui, sed omnino gratis, & ex mera gratitudine, ac liberalitate, seu benevolentia Mutuatarii, adeoque non interveniat vera, & propria usura mentalis. Sic Pirhing *lib.* 5. *decretal. tit.* 19. *n.* 133. cum Navarro, Molina, Azorio, Lessio, Card. de Lugo ibi citatis, & alii communiter, Reiffenstuel *ibid. n.* 178. testans & ipse de communi aliorum, Sporer *loc. cit. n.* 177. & alii passim.

87 Advertendum est hic ad uberiorem usuræ mentalis intelligentiam, quod pro usura mentali non intelligitur nudum propositum, seu sola voluntas usuras accipiendi, vel exigendi, prout præscindit ab omni actu externo (tale enim propositum potius est, & dicitur usura interna, quàm usura mentalis) sed intelligitur, & accipitur pro actu externo, quo mutuum datur cum spe, & intentione accipiendi lucrum ex mutuo, quamvis sine ullo pacto externo, *arg. cap.* Consuluit 10. *de Usuris.*

88 Usurarii ultra supra recensitam obligationem restitutionis subjacent etiam variis pœnis contra ipsos; tum in jure civili, tum in Jure canonico statutis. Prima igitur eorum pœna est, quod usurarii manifesti, seu notorii sunt ipso jure infames; *cap.* Infames 2. §. Porro *in fine caus.* 3. *q.* 7. *cap.* Dilectus 13. *de Excessib. Prælator. cap.* Improbum 20. *Cod. Ex quibus causis infamia irrogatur.*

89 Secunda pœna est, quod usurarii notorii, seu manifesti, si Clerici sint, & moniti non desistant, ab officio, & beneficio sint suspendendi, ac deponendi; *cap.* Episcopus 1. *cap.* Quoniam 2. *& cap.* Si quis 5. *dist.* 47. *cap.* Si quis 4. *& cap.* Quoniam 8. *caus.* 14. *quæst.* 4. *cap.* Præterea 7. *de usuris*, *cap.* Inter dilectos 11. *de excessibus Prælator.* Et à fortiori Clerici usurarii manifesti repellendi sunt à Sacris Ordinibus suscipiendis, & ab officiis, & beneficiis obtinendis; *c.* De Petro 4. *dist.* 47. & omnibus citatis juribus, quibus statuitur, tales Clericos privandos esse officiis, & beneficiis obtentis, adeoque multo magis repellendos ab obtinendis. Tum quia tales manifesti usurarii sunt infames, per Jura citata *supra num.* 87. Infamibus autem portæ dignitatum patere non debent, textu expresso *in cap.* Infamibus 87. *de Regul. Juris in* 6. ibi: *Infamibus portæ non pateant dignitatum.* (Vid. *pag.* 156. *lit.* I *col.* 2.)

90 Tertia pœna est, quod usurarii notorii, seu manifesti, si laici sint, excommunicari debent usquedum debite satisfecerint; *citat. cap.* Præterea 7. *de usuris*, & ipso facto irregulares existunt; *cap.* Maritum 2. *dist.* 33. *cap.* Seditionarios 8. *dist.* 46.

91 Quarta pœna est, quod usurarii notorii, seu manifesti non admittantur ad communionem Altaris, id est, ad perceptionem Sacramenti Eucharistiæ, textu expresso in *cap.* Quia in omnibus 3. *de Usuris*, ibi: *Constituimus, quod Usurarii manifesti nec ad Communionem admittantur Altaris.*

92 Quinta pœna est, quod manifestorum usurariorum oblationes non possint recipi, textu expresso *in cit. cap.* Quia in omnibus 3. *de Usuris*, ibi: *Sed nec oblationes eorum quisquam accipiat*: Usurarii enim æquiparantur Raptoribus; *c.* Si quis 10. *caus.* 14. *q.* 4. & oblationes raptorum non sunt recipiendæ ab Ecclesia; *cap.* Minor 8. *caus.* 17. *q.* 4. *cap.* De viro 17. *caus.* 12. *q.* 2. cum Deus *sit odio habens rapinam in holocausto*, ut expresse habetur *Isaiæ cap.* 61. *num.* 8.

93 Sexta pœna est, quod testamentis manifestorum usurariorum nullus possit interesse, & quod ipsorum testamenta sint ipso Jure irrita, nisi ante mortem restituerint quæ per usuras acquisita sunt, vel de eorum restitutione idoneam cautionem (per pignora videlicet, aut Fidejussores) dederint, textu expresso *in cap.* Quamquam 2. *de usuris in* 6.

94 Septima pœna est, ut nullus usurarios manifestos, seu notorios ad Confessionem admittat, aut illos absolvat (etiam ab aliis peccatis) antequam vel restituant usuras, vel de satisfaciendo pro viribus suarum facultatum prædicto modo cautionem præstent; *cit. c.* Quamquam 2. *de usuris in* 6.

95 Octava pœna est, quod si usurarii manifesti, seu notorii in eo peccato decesserint, christiana, & ecclesiastica careant sepultura; *cap.* Quia in omnibus 3. *de usuris, & cit. cap. Quamquam* 2. *de usuris in* 6. ubi etiam additur, quod omnes Religiosi, & alii, qui manifestos usurarios ad ecclesiasticam sepulturam admittere ausi fuerint, pœnam in decreto Lateranensis Concilii contra usurarios edito promulgatam incurrant, nempe pœnam Suspensionis statutam *in cit. cap.* Quia in omnibus 3. *de Usuris.* Et postea in Concilio Lugdunensi relato *in Clementina* 1. *de sepulturis* statutum fuit: ut qui usurarios manifestos scienter sepelire præsumunt, ipso facto sint excommunicati, nec absolvantur, nisi prius ad arbitrium Diœcesani Episcopi competenter satisfactionem exhibuerint. (Vid. *verb.* Sepultura, *in nov. add. hisp.*)

96 Insuper præcipitur omnibus Dominis locorum, & universitatibus, ne permittant alienigenas in terris suis conducere domos ad exercendas usuras, vel conductas habere, & ne quis eis ad hoc domos locet. Qui contra fecerint, si sint Ecclesiastici Majores, ut Patriarchæ, Archiepiscopi, & Episcopi, Suspensionis; Si vero sint Minores Personæ singulares, Excommunicationis; Si Collegium, vel universitas, Interdicti sententiam ipso facto incurrant. Et si per mensem in ea perstiterint, ipsorum terræ sunt interdictæ, dum ibi dicti usurarii habitant; Si vero sint laici, debent ab Ordinario per censuram ecclesiasticam compelli ad cessandum ab hujusmodi excessu, textu expresso *in cap.* usurarum voraginem 1. *de usuris in* 6.

Præ-

97 Præterea Officiales Communitatum facientes, aut dictantes, vel scribentes statuta super usuris solvendis non repetendis, vel non restituendis, vel judicantes secundum illa, vel non delentes illa, si possunt, intra tres menses de libris Communitatum, vel illa servantes, sunt excommunicati, textu expresso *in Clementina ex gravi unic. de usuris.*

98 Usurarii præter supradictas pœnas à Jure statutas, etiam aliis pœnis arbitrariis, & extraordinariis puniri possunt à Judice tam Ecclesiastico, quàm Seculari, præsertim vero pecuniaria, ut in eo quo peccarunt, mulctentur; Tholosan. *lib.* 3. *de usura cap. ultim. n.* 4. *&* 7. Pirhing *loc. cit. n.* 172. Reiffenstuel *loc. cit. n.* 188. notantes, quod juxta Constitutiones Imperii mulctantur Usurarii amissione quartæ partis de sorte principali; Sic etiam Gail. *lib.* 2. *obs.* 4. *num.* 1. Vel etiam publicatione bonorum, ut notant Tholosan. *loc. cit. n.* 8. Pirhing. *loc. cit. n.* 152. & alii.

99 Ut Usurarii incurrant supradictas pœnas, debent esse manifesti, seu notorii Jure, vel facto. Illi autem sunt usurarii manifesti, & notorii Jure, seu notorietate Juris, qui in Judicio hoc crimen confessi sunt, aut de illo fuerunt convicti, & condemnati, *arg. c.* Quæsitum *est* 10. *de cohabitat. Clericor. & mulierum*, ibi: *Notorium, per sententiam, seu per Confessionem factam in Jure.* Illi vero sunt usurarii manifesti, & notorii facto, seu notorietate Facti, qui ita palam, & evidenter exercent usuras, ut nulla tergiversatione id negare, & celare valeant, *arg. cit. cap.* Quæsitum est ::: ibi: *Aut per evidentiam rei, quæ tergiversatione aliqua celari non possit, & c.* Olim 24. *de verbor. significat.* ibi: *Aut evidentia rei, quæ nulla possit tergiversatione celari.*

100 Judex criminum usurariorum quoad censuras, & privationes ecclesiasticorum beneficiorum, est solus Ecclesiasticus; *Communis*, *arg. cap.* Decernimus 2. *cap.* Qualiter, & quando 17. *de Judiciis*, *cap.* Nullus Judicum 2. *de foro competenti*, *cap.* Lator 5. *& cap.* Causam, quæ inter 7. *Qui filii sint legitimi*, cum similibus. Et ratio est, quia ille est Judex quoad censuras, & privationes ecclesiasticorum beneficiorum, ad quem spectat imponere dictas pœnas: sed id spectat ad solum judicem ecclesiasticum, cum potestas ferendi censuras sit solummodo ecclesiastica, & residens solummodo penes ecclesiam, juxta illud *Matth.* 16. *Quæcumque alligaveritis super terram &c. Et si Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus, & publicanus*, hoc est, à fidelium communione segregatus, ut explicant omnes, uti etiam ad solum Judicem Ecclesiasticum spectat imponere privationem Ecclesiasticorum Beneficiorum, *arg. cit. Juribus*; ergo &c.

101 Judex autem criminum usurariorum quoad alias pœnas potest esse tam Laicus, quàm Ecclesiasticus, & datur locus præventioni, non solum quando est quæstio *facti*, seu quando crimen liquido usurarium est, sed etiam quando est quæstiò *Juris*, seu quando disceptatur, an hic, vel ille contractus usurarius sit, nec ne? *Est Communis* quoad primam partem, nempe quoad casum, in quo est sola quæstio *facti*, cum sic omnes concedant usuram esse crimen mixti fori, id est, tam Secularis, quàm Ecclesiastici, & patet clare *ex cap.* Post miserabilem 12. *de usuris.* Quoad secundam vero partem, nempe quando est quæstio *Juris*, defenditur à Farinacio *Prax. Criminal. q.* 8. *num.* 140. *concl.* 4. à Menochio *de Arbitr. Judic. casu* 398. *num.* 4. à Molina *tract.* 2. *disput.* 333. *in princip.* à Covarrub. *lib.* 3. *variar. resol. cap.* 3. *n.* 1. à Silvestro verb. *usura* 9. *in princip.* à Canisio *tract. de usuris cap.* 9. *num.* 4. à Rosignol. *contract.* 3. *de Mutuo, & usuris prænot.* 16. *num.* 2. à Pirhing. *lib.* 5. *Decretal. tit.* 19. *num.* 142. à Reiffenstuel *ibid. num.* 193. *& seq.* & ab aliis pluribus contra Glossam *in cap.* Cum sit 8. *verb.* Malefactores, *de Foro competent.* Clarum *verb.* usura *num.* 8. & nonnullos alios volentes, cognitionem quæstionis *Juris* de hoc crimine soli Judici Ecclesiastico competere. Et ratio nostræ conclusionis est, quia crimen usuræ non solum est prohibitum Jure ecclesiastico, seu canonico, sed jure divino, & naturali, ut patet ex dictis *supra à num.* 6. Nec plus spiritualitatis in se habet, quàm homicidium, furtum, adulterium, & similia delicta, quæ sunt contra Justitiam, & prohibita lege divina, & naturali; atqui de his criminibus potest cognoscere, & de facto teste experientia quotidiana cognoscit Judex Secularis inter Laicos, ergo etiam de crimine usuræ. Tum quia, ut fuit dictum *supra num.* 15. usura, si sit in maxima quantitate, est prohibita etiam Jure civili, ut patet *ex l.* Eos qui 26. *Cod. de usuris, & l.* Placuit 29. *ff. eod.* adeoque &c. Tum etiam quia in Jure canonico nullibi invenitur interdicta Judici laico cognitio usuræ in casu quæstionis *Juris*, sed possitive concessa *in cap.* Post miserabilem 12. *de usuris*, ubi sine distinctione inter quæstionem *Juris*, & *Facti* conceditur Potestati seculari facultas cognoscendi, & judicandi usuras: ubi autem lex non distinguit, neque nos distinguere debemus; *cap.* Quia circa 22. *de Privileg. l.* De pretio 8. *ff. de Publiciana in rem actione*, *l.* Non distinguemus 32. *ff. de recept. arbitr. l.* Præses 3. *ff. de Offi. Præsidis*, adeoque &c. (Vid. *in Supp. tom.* X. *p.* 42. *&* 43.

102 Alia ad rem Vide *verb.* Commodatum. Contractus. Depositum, Emptio, & Venditio, Hebræus, Hypotheca, Mutuum.

103 Tandem etiam ad propositum sub oculis ponitur encyclica Benedicti XIV. graves rixas concernens; ac mente ponderose evolvenda.

»SS. D. N. D. Benedicti Divina Providentia Papæ XIV. Epistola Encyclica ad Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, & Ordinarios Italiæ.

»Benedictus Papa XIV. Venerabilis Frater, salutem, & Apostolicam Benedictionem.

»Vix pervenit ad aures nostras, ob novam controversiam (nempe an quidam contractus validus judicari debeat) nonnullas per Italiam disseminari sententias »quæ sanæ doctrinæ haud consentaneæ viderentur; cum »statim nostri Apostolici muneris partem esse duximus, »opportunum afferre remedium, ne malum ejusmodi »temporis diuturnitate, ac silentio, vires magis acquireret, aditumque ipsi intercludere, ne latius serperet, »& incolumes adhuc Italiæ civitates labefactaret.

»Quapropter eam rationem consiliumque suscepimus, quo Sedes Apostolica semper uti consuevit: Quippe rem totam explicavimus nonnullis ex Venerabilibus »Fratribus Nostris S. R. E. Cardinalibus, qui Sacræ »Theologiæ scientia, & Canonicæ Disciplinæ studio »ac peritia plurimum commendantur: Accivimus etiam »plures Regulares in utraque facultate præstantes, quorum aliquos ex Monachis, alios ex Ordine Mendicantium, alios demum ex Clericis Regularibus selegimus: »Præsulem quoque Juris utriusque laurea præditum, & »in foro diu versatum adhibuimus. Diem quartam indiximus Julii, qui nuper præteriit, ut coram Nobis illi »omnes convenirent, quibus naturam totius negotii declaravimus; quod illis antea cognitum perspectumque »deprehendimus.

»Post hæc præcipimus, ut omni partium studio, »omnique cupiditate soluti, rem totam accurate perpenderent, suasque opiniones scripto exararent, non tamen »expetivimus ab ipsis, ut judicium ferrent de contractu, »qui controversiæ causam initio præbuerat, cum plura »documenta non suppeterent, quæ necessario ad id requirebantur; Sed ut certam de usuris doctrinam constituerent, cui non mediocre detrimentum inferre videbantur quæ nuper in vulgus spargi cœperunt, Jussa »fecerunt universi; nam suas sententias palam declararunt in duabus Congregationibus, quarum prima coram Nobis habita est die 18. Julii, altera vero die prima Augusti, qui menses nuper elapsi sunt: ac demum »easdem sententias Congregationis Secretario scriptas »tradiderunt. Porro hæc unanimi consensu probaverunt.

»I. Peccati genus illud, quod usura vocatur, quodque in contractu mutui propriam suam sedem & locum »habet, in eo est repositum, quod quis ex ipsomet mutuo, quod suapte natura tantumdem dumtaxat reddi »postulat, quantum receptum est, plus sibi reddi velit, »quàm est receptum; ideoque ultra sortem, lucrum »aliquod, ipsius ratione mutui, sibi deberi contendat.

»Om-

BIBLIOTECA CENTRAL

»Omne propterea hujusmodi lucrum, quod sortem su-
»peret, illicitum, & usurarium est.
»II. Neque vero ad istam labem purgandam, ullum
»arcessiri subsidium poterit, vel ex eo, quod id lucrum
»non excedens & nimium, sed moderatum; non mag-
»num, sed exiguum sit; vel ex eo, quod is à quo id
»lucrum solius causa mutui deposcitur, non pauper sed
»dives existat, nec datam sibi mutuo summam relictu-
»rus otiosam, sed ad fortunas suas amplificandas, vel
»novis coemendis prædiis, vel quæstuosis agitandis ne-
»gotiis, utilissime sit impensurus. Contra mutui siqui-
»dem legem, quæ necessario in dati atque redditi æqua-
»litate versatur, agere ille convincitur, quisquis, ea-
»dem æqualitate semel posita, plus aliquid à quolibet,
»vi mutui ipsius, cui per æquale jam satis est factum,
»exigere adhuc non veretur, proindeque si acceperit,
»restituendo erit obnoxius ex ejus obligatione Justitiæ,
»quam commutativam appellant, & cujus est in huma-
»nis contractibus æqualitatem cujusque propriam &
»sancte servare, & non servatam exacte reparare.
»III. Per hæc aut nequaquam negatur, posse quan-
»doque una cum mutui contractu quosdam alios, ut
»ajunt titulos, eosdemque ipsimet universim naturæ mu-
»tui minime innatos, & intrinsecos, forte concurrere,
»ex quibus justa omnino legitimaque causa consurgat
»quiddam amplius supra sortem ex mutuo debitam rite
»exigendi. Neque item negatur, posse multoties pecu-
»niam ab unoquoque suam, per alios diversæ prorsus
»nature contractus, recte collocari & impendi, sive ad
»proventus sibi annuos conquirendos, sive etiam ad li-
»citam mercaturam, & negotiationem exercendam, ho-
»nestaque indidem lucra percipienda.
»IV. Quemadmodum verò in tot ejusmodi diversis
»contractuum generibus, si suis cujusque non servatur
»æqualitas, quidquid plus justo recipitur, si minus ad
»usuram (eo quod omne mutuum tam apertum, quàm
»palliatum absit) at certe ad aliam veram injustitiam,
»restituendi onus pariter afferentem, spectare comper-
»tum est; Ita si rite omnia peragantur, & ad Justitiæ
»libram exigantur, dubitandum non est, quin multi-
»plex in iisdem contractibus licitus modus & ratio sup-
»petat humana commercia, & fructuosam ipsam nego-
»tiationem ad publicum commodum conservandi ac fre-
»quentandi. Absit enim à Christianorum animis, ut per
»usuras, aut similes alienas injurias florere posse lucro-
»sa commercia existiment, cum contra ex ipso Oracu-
»lo Divino discamus, quod *Justitia elevat gentem, mi-*
»*seros autem facit populos peccatum.* (Prov. 14. 34.)
»V. Sed illud diligenter animadvertendum est, falso
»sibi quemquam, & nonnisi temere persuasum, reperi-
»ri semper, ac præsto ubique esse, vel una cum mutuo
»titulos alios legitimos, vel secluso etiam mutuo, con-
»tractus alios justos, quorum vel titulorum, vel con-
»tractuum præsidio, quotiescumque pecunia, frumen-
»tum, aliudve id generis alteri cuicumque creditur to-
»ties semper liceat auctarium moderatum, ultra sortem
»integram salvamque, recipere. Ita si quis senserit, non
»modo divinis documentis, & Catholicæ Ecclesiæ de
»usura judicio, sed ipsi etiam humano communi sensui
»ac naturali rationi procul dubio adversabitur. Nemi-
»nem enim ad saltem latere potest, quod multis in casi-
»bus tenetur homo simplici ac nudo mutuo alteri suc-
»currere, ipso præsertim Christo Domino edocente: *Vo-*
»*lenti mutuari à te ne avertatis* (Matth. 5. 42.); & quod
»similiter multis in circumstantiis, præter unum mu-
»tuum, alteri nulli vero, justoque contractui locus esse
»possit. Quisquis igitur suæ conscientiæ consultum ve-
»lit, inquirat prius diligenter oportet, verene cum mu-
»tuo justus alius titulus; verene justus alter à mutuo
»contractus occurrat, quorum beneficio, quod quærit
»lucrum, omnis labis expers & immune reddatur.
»His verbis complectuntur, & explicant sententias
»suas Cardinales, ac Theologi, & Viri Canonum peri-
»tissimi, quorum consilium in hoc gravissimo negotio
»postulavimus; Nos quoque privatum studium nostrum
»conferre in eamdem causam non prætermisimus, an-
»tequam Congregationes haberentur, & quo tempore
»habebantur, & ipsis etiam peractis; Nam præstantium
»Virorum suffragia, quæ modo commemoravimus, dili-
»gentissime percurrimus. Cum hæc ita sint, adproba-
»mus & confirmamus quæcumque in sententiis superius
»expositis continentur, cum Scriptores plane omnes,
»Theologiæ, & Canonum Professores, plura Sacrarum
»Literarum testimonia, Pontificum Decessorum nos-
»trorum Decreta, Conciliorum, & Patrum auctoritas,
»ad easdem sententias comprobandas pene conspirare
»videantur. Insuper apertissime cognovimus Auctores,
»quibus contrariæ Sententiæ referri debent, & eos pa-
»riter qui illas fovent, ac tuentur, aut illis ansam seu
»occasionem præbere videntur: neque ignoramus quan-
»ta sapientia, & gravitate defensionem veritatis susce-
»perint Theologi finitimi illis Regionibus, ubi contro-
»versiæ ejusmodi principium habuerunt. Quare has lite-
»ras encyclicas dedimus universis Italiæ Episcopis, &
»Ordinariis, ut hæc Tibi, Venerabilis Frater, & cete-
»ris omnibus innotescerent: ut quoties Synodus celebra-
»re, ad Populum verba facere, eumque Sacris doctrinis
»instruere contigerit, nihil omnino alienum proferatur
»ab iis sententiis, quas superius recensuimus. Admone-
»mus etiam vehementer, omnem sollicitudinem impen-
»dere, ne quis in vestris diœcesibus audeat literis, aut
»sermonibus contrarium docere: Si quis autem parere
»detrectaverit, illum obnoxium, & subjectum declara-
»mus pœnis per Sacros Canones in eos propositis, qui
»mandata Apostolica contempserint, ac violaverint.
»De contractu autem, qui novas has controversias
»excitavit, nihil in præsentia statuimus; Nihil etiam de-
»cernimus modo de aliis contractibus, pro quibus Theo-
»logi, & Canonum Interpretes in diversas abeunt sen-
»tentias; Attamen pietatis vestræ Studium ac Religio-
»nem inflammandam existimamus, ut hæc, quæ subjici-
»mus, executioni demandetis.
»Primum gravissimis verbis populis vestris ostendite
»usuræ labem ac vitium à Divinis Literis vehementer
»improbari; Illud quidem varias formas atque species
»induere, ut Fideles Christi Sanguine restitutos in li-
»bertatem, & gratiam, rursus in extremam ruinam præ-
»cipites impellat: Quocirca si pecuniam suam colloca-
»re velint, diligenter caveant, ne cupiditate omnium
»malorum fonte rapiantur, sed potius ab illis, qui doc-
»trinæ ac virtutis gloria supra ceteros efferuntur, con-
»silium exposcant.
»Secundo loco, qui viribus suis ac sapientia ita con-
»fidunt, ut responsum ferre de iis quæstionibus non du-
»bitent (quæ tamen haud exiguam Sacræ Theologiæ, &
»Canonum scientiam requirunt) ab extremis, quæ sem-
»per vitiosa sunt, longe se abstineant: etenim aliqui
»tanta severitate de iis rebus judicant, ut quamlibet
»utilitatem ex pecunia desumptam accussent tamquam
»illicitam, & cum usura conjunctam: Contra vero non-
»nulli indulgentes adeo, remissique sunt, ut quodcum-
»que emolumentum ab usuræ turpitudine liberum exis-
»timent. Suis privatis opinionibus ne nimis adhæreant,
»sed priusquam responsum reddant, plures Scriptores
»examinent, qui magis inter ceteros prædicantur; Dein-
»de eas partes suscipiant, quas tum ratione, tum aucto-
»ritate plane confirmatas intelligent.
»Quod si disputatio insurgat, dum contractus ali-
»quis in examen adducitur, nullæ omnino contumeliæ
»in eos confingantur, qui contrariam sententiam se-
»quuntur; neque illam gravibus censuris notandam as-
»serant, si præsertim ratione, & præstantium Virorum
»testimoniis minime careat. Siquidem convicia, atque
»injuriæ vinculum christianæ charitatis infringunt, &
»gravissimam populo offensionem, & scandalum præ-
»seferunt.
»Tertio loco, qui ab omni usuræ labe se immunes
»& integros præstare volunt, suamque pecuniam ita
»alteri dare, ut fructum legitimum solummodo perci-
»piant, admonendi sunt, ut contractum instituendum
»antea declarent, & conditiones inserendas explicent,
»& quem fructum ex eadem pecunia postulent: Hæc
»magnopere conferunt non modo ad animi sollicitudi-
»nem, & scrupulos evitandos, sed ad ipsum contrac-
»tum

»tum in foro externo comprobandum: Hæc etiam adi-
»tum intercludunt disputationibus, quæ non semel con-
»citandæ sunt, ut clare pateat, utrum pecunia, quæ
»rite data alteri esse videtur, revera tamen palliatam
»usuram contineat.
»Quarto loco vos hortamur, ne aditum relinquatis
»ineptis illorum sermonibus, qui dictitant, de usuris hoc
»tempore quæstionem institui, quæ solo nomine conti-
»nentur, cum ex pecunia, quæ qualibet ratione alteri
»conceditur, fructus ut plurimum comparetur. Etenim
»quàm falsum id sit, & à veritate alienum, plane de-
»prehendimus, si perpendamus, naturam unius con-
»tractus ab alterius natura prorsus diversam, & sejunc-
»tam esse; Et ea pariter discrepare magnopere inter se,
»quæ à diversis inter se contractibus consequuntur. Re-
»vera discrimen apertissimum intercedit fructum inter,
»qui jure licito ex pecunia desumitur, ideoque potest in
»utroque foro retineri; ac fructum, qui ex pecunia illi-
»cite conciliatur, ideoque fori utriusque judicio resti-
»tuendum decernitur. Constat igitur, haud inanem de
»usuris quæstionem hoc tempore proponi ob eam cau-
»sam, quod ut plurimum ex pecunia, quæ alteri tri-
»buitur, fructus aliquis excipiatur.
»Hæc potissimum vobis indicanda censuimus spe-
»rantes fore, ut mandetis executioni quæcumque per
»has Literas à Nobis præscribuntur: Opportunis quo-
»que remediis consuletis, uti confidimus, si forte ob
»hanc novam de usuris controversiam in Diœcesi vestra
»turbæ concitentur, vel corruptelæ ad labefactandum
»sanæ doctrinæ candorem, & puritatem inducantur.
»Postremo vobis, & Gregi curæ vestræ concredito,
»Apostolicam Benedictionem impartimur.
»Datum Romæ apud S. Mariam Majorem die prima
»Novembris 1745. Pontificatus nostri anno sexto.
104 * Ad exterminandas usuras plura declaravit Benedic-
105 tus XIV. t. 1. constit. 143. *incip.* Vix pervenit ::: Et pri-
106 mo omne lucrum ex mutuo, ratione mutui, usurarium,
& illicitum esse. Secundo ad usuræ labem purgandam
nullum arcessiri posse subsidium, vel ex eo quod id lu-
crum non excessivum, & nimium, sed moderatum, non
107 magnum, sed exiguum sit; Vel ex eo quod is, à quo id
lucrum solius causa mutui deposcitur, non pauper, sed
dives existat, nec datam sibi mutuo summam relicturus
otiosam, sed ad fortunas suas amplificandas, vel novis
coemendis prædiis, vel quæstuosis agitandis negotiis
108 utilissime sit impensurus. Tertio, quamquam una cum
mutui contractu possint quandoque alii tituli, ut ajunt,
forte concurrere ipsi mutuo extrinseci, è quibus justa
oriatur causa aliquid ultra sortem ex mutuo debitam exi-
gendi; attamen falso, & temere affirmari dicit ejusmo-
di titulos semper reperiri, ac ubique præsto esse; ita ut
illorum ratione, quotiescumque pecunia, frumentum,
aliudve id generis alteri cuicumque creditur, toties sem-
per liceat auctarium moderatum, ultra sortem integram
109 salvamque recipere. Alia præterea edixit, atque in con-
tractibus servanda enixe commendavit, ut patet in ipsa
110 constitutione jam integre allata supra *num.* 103. Ubi *à*
num. 9. *ad* 12. insuper refelluntur Judæi sibi dicti-
tantes licitum esse, usuras à Christianis, inter quos
111 degunt, exigere. Et *ibid. num.* 19. ubi quod Principes
tenentur usuras prohibere etiam Judæis in suis ditioni-
bus degentibus, & contravenientes punire, ut qui ad
legis divinæ, & naturalis observantiam nequeunt redu-
ci virtutis amore, ab ejus transgressione absterreantur
112 saltem formidine pœnæ; uti ad id teneri Principes Chris-
tianos suis edictis, & Episcopos suis constitutionibus,
quibus severe prohibeantur Judæi Christianorum loca
incolentes, ne ratione mutui quidquam à Christianis ex-
torqueant, & certa simul præscribatur quantitas lucri,
ultra quam nihil impune exigere possint ex aliis contrac-
tibus cum Christianis initis, recte, & erudite suo more
pluribus adductis docet idem Benedictus XIV. *de Syno-*
do Diœcesana lib. 7. *cap.* 47. *num.* 12. *&* 13. concludens
ita nuperrime statuisse Episcopum Pisauriensem *in sua*
Diœcesana Synodo habita 1742. *tit.* 4. *num.* 17. cujus
exemplum poterunt alii Episcopi imitari. *
1 ☞ Prohibitio usurarum an sit juris divini, an huma-
ni tantum, & an sit juris divini naturalis, an juris di-
vini revelati tantum, expendere, non est hujus loci.
Illud hic haud est prætereundum, quod non solum 2
ex mutuo, sed & ex quocumque alio credito mere pe-
cuniario, regulariter vetitum est, quidquam ultra sor-
tem accipere, non concurrentibus notissimis requisitis.
Castrensis in L. 3. ff. de eo, quod certo loco.
Quod vero attinet ad primum requisitum repositum 3
in interpellatione debitoris, supplere ipsum solet con-
ventio interesse ratione lucri cessantis, & damni emer-
gentis, ut respondit *Rota in Romana Pecuniaria* 20. *Mar-*
tii 1747. §. 4. & in confirmatoria 9. *Februarii* 1748.
§. 12. *cor. Eminentiss. Bussio.*
Quod concernit alterum requisitum constitutum in 4
solito negotiandi, ipsum probatione non indiget, ubi agi-
tur de Mercatoribus, Argentariis &c. ut respondit idem
Tribunal Rotæ *in dict. Romana Pecuniaria* 20. *Mar-*
tii 1747. §. 4. & in confirmatoria 9. *Decembris* 1748. 5
§. 12. *cor. Eminentiss. Bussio.* Confer etiam idem Sacrum
Tribunal *in Mediolanen. seu Lauden. Pecuniaria* 25.
Aprilis 1749. §. 11. *cor. Illustris. Caprar. Alm. Urb.*
Gubernatore.
Quoad tertium demum requisitum promptæ occasio- 6
nis, opinio Rotæ est, quod ad ipsum probandum non
sufficiat affluentia negotiorum, quæ in magnis civitati-
bus esse solet, sed probanda est invalida occasio, eaque
in actu proximo, quæ ob non exactum creditum ad exi-
tum perduci nequivit, exindeque creditori vel certum
damnum emerserit, vel certum lucrum cessaverit; Vi- 7
de decisiones *in Melevitana Pecuniaria* 11. *Febr.* 1718.
§. *Quandoquidem, & seq.* & in confirmatoria *cor. Lancet.*
dec. 1181. *num.* 11. ubi tamquam vaga & generalis re-
jecta fuit occasio investiendi pecunias super quadam
massa frumentaria erecta in Insula Melitæ; & *in Ro-*
mana Pecun. 20. *Martii* 1747. §. 5. *& plurib. seq.* & in
confirmatoria 11. *Februarii* 1748. §. 13. *& seq. cor. Emi-*
nentiss. Bussio, ubi probatum non fuit dijudicandum
tertium hoc requisitum ex hoc, quod cum creditor esset
Argentarius, æs alienum interim contraxisset, & lite-
ras cambii trahere insuper potuisset.
In allegata vero supra *Mediolanen. seu Lauden. Pe-* 8
cuniaria constare ex eo existimatum fuit de hoc tertio re-
quisito, quod de præciso tempore contractus in civitate
Mediolani duæ publicæ ædes præmissis publicis edictis
pecunias sub titulo & contractu subventionis recipiebant
ab omnibus deserentibus cum interesse librarum qua-
tuor in singula centum, ut *ex* §. 14. *ejusdem.*

APPENDIX.

Ad Verb. USURA.

Inter quæsita proposita Sacræ Congregationi de Pro- 9
paganda Fide à Missionariis Sinarum nonnulla repe-
riuntur ad usuram spectantia, quæ hic traduntur cum
responsionibus Patrum Qualificatorum S. Officii, quibus
ab ead. Sac. Congregatione demandata fuerunt, ut
votum suum aperirent. Eorum responsa approbata fue-
runt in Congregatione generali die 12. Septembris 1645.
Porro Quæsita, & Responsa sunt sequentia, prout
impressa reperiuntur Typis ejusdem S. Cong.
»In præfato Regno lege stabilitum est, ut in mutuo
»triginta pro centum accipiantur absque respectu lucri
»cessantis, aut damni emergentis. Quæritur utrum Chi-
»nensibus sit licitum pro pecuniarum suarum mutuo,
»licèt non interveniat lucrum cessans, aut damnum
»emergens, prædictam pro centum triginta quantita-
»tem Regni lege taxatam accipere; & causa dubita-
»tionis est, quia in recuperanda pecunia est aliquod pe-
»riculum, scilicet, quod qui accipit mutuatum fugiat,
»vel quod tardet in solvendo, vel quod necessarium sit
»coram Judice repetere, vel propter alia hujusmodi.
»Censuerunt ratione mutui immediate, & præcise
»nihil esse accipiendum ratione periculi probabiliter
»imminentis, prout in casu, non esse inquietandos,
»dum-

BIBLIOTECA CENTRAL

„dummodo habeatur ratio qualitatis periculi, & pro„babilitatis ejusdem, ac servata proportione inter peri„culum, & id quod accipitur.

„In universo Chinarum Regno domus publicas usu„ris deputatas reperiri res est usitata, in quibus Usura„rii publici, facta sub pignorum cautione, pecuniam „suam, sumpto lucro, ad usuram dare solent, ea ta„men conditione, ut pro uno ducato singulis mensibus „tantum quid accipiant, & si tantis elapsis annis pig„norum Dominus pro iisdem recuperandis pignoribus, „soluta principali pecunia cum lucro non redierit, actio„nem, & dominium, quod habebant in suis pignoribus „illico amittant. Istæ autem domus Reipublicæ necessa„riæ sunt, & quamvis Usurarii vitam usurariam dimit„tere velint, à non desistendo à prædictis usuris Judi„cis auctoritate compelluntur. Quæritur utrum, si hu„jusmodi Usurarii converti velint ad fidem, possint bap„tizari manendo in suo statu Usurario propter causam „supradictam, vel quidnam in tali casu agendum sit?

„Censuerunt Chinenses in statu Usurario perma„nentes baptizari non posse: si vero Judicis auctori„tate compelluntur ad proprias pecunias mutuandas, „posse aliquid accipere, etiam recepto pignore ultra „sortem principalem, tum ratione oneris, quod subire „coguntur, tum ratione curæ in custodia pignorum, „lucri quoque cessantis, & damni emergentis: tempore „autem præstituto, si ex venditione pignorum aliquid „supersit sorti principali, & lucro ex causis prædictis „juste acquisito, Domino pignoris esse restituendum.

„Utrum prædictorum Usurariorum filii, si quando in „hæreditatibus eorum succedunt, jam Christiani exis„tunt, teneantur ad restitutionem eorum, quæ pater „ex Usuris accepit, in toto, vel in parte, juxta male „acceptorum excessum, & si hujusmodi Usurariorum „filii hæredes, jam Christiani, à Republica, vel à Ju„dice compellantur ad publicas Usurarum Domus pa„trum aperiendas, & sustentandas; quid in hoc casu „Ministri Evangelii, pro sanandis illorum conscientiis, „facere debeant censuerunt, Filios hæredes usurario„rum teneri à Patribus ex usuris illicite acquisita resti„tuere, certis quidem Dominis, si certi sunt, sint mi„nus juxta regulas à Doctoribus traditas; Actualem „vero restitutionem à doctis, piis, & prudentibus Vi„ris esse dirigendam. Quoad secundam partem hujus „dubitationis, jam responsum est in proxime superiori „resolutione." ✪

USUSFRUCTUS, USUS.

1 Ususfructus est jus alienis rebus utendi, fruendi, salva rerum substantia. *Communis*, textu expresso *in l.* Ususfructus 1. *ff. de Usufruct. & Instit. eod. tit.* Usus

✪ Ecclesiastici, Secularis, vel mixti fori hujus criminis cognitio an sit, expendere non est hujus loci.

Illud autem haud est prætereundum, quod cuncti Reges, & Principes Catholicam Religionem profitentes suis in Regnis, & Dominiis sub gravissimis pœnis usuras prohibuere. Nec defuit Castellæ & Legionis Rex D. D. videlicèt Alphonsus XI. qui intendens summoperè tam detestabile scelus extirpare, speciali lege sanxit, hæresim sapere usurarum crimen declarando; (1) rogatum etiam legitur Prælatis, ut sententiam Excommunicationis in posterum fulminarent adversus Judices, quoscumquevè Officiales fœneratitium documentum tradentes illud contrahentibus (2). Quot igitur mala ex cupiditate, animabus, populisque proveniat, haud difficultèr percipitur: protenditur enim crimen fœnoris adversus Nostrum Creatorem, humanamque naturam. Idcircò amissionis sortis applicandæ parti, & tantumdem cujus tertia accusatori, residuumque fisco, irrogatur pœna, pro primo delicto: augetur pro secundo ad medietatem amissionis bonorum: publicanturque ejusdem bona pro tertio (3); præter relectas, inquam inhabilitatis, infamiæque haud pœnas effugiet (4).

Pariformitèr reperitur hujusmodi delictorum punitio, & sæpèsæpius Judicibus Secularibus recommendata (5); nec intimi Consiliarii Aulæ vulgò *primera de Cobierno* Supremi Castellæ Senatus ab hujus criminis instructione (6), notitia, & cognitione exactè assumenda, liberi manent: est enim hæc Aula antidotus specialis vitiorum, noxarumque publicarum in Dei offensam tendentium. Hispanicæ èquidem Gentis Supremum hoc Tribunal, justitiæ depositum, cui tota hac in Regione inest, præclaris ejus Magistratibus intercedentibus, obeundi, imperandi facultas, jus dicendi, reddendi, justitiamque administrandi ergo peculiaritèr est competens, haud potuit non media

(1) *L.* 5. *tit.* 19. *lib.* 8. *Ordinam. Ibi*: Es caso de heregía.

(2) *L.* 1. *tit.* 6. *lib.* 8. Porque se halla que logro es muy gran pecado, y vedado, así en la Ley Natural, como de Escritura, y de Gracia, y cosa que pesa mucho á Dios ::: mandamos á todos los Juzgadores, y Entregadores, y otros Oficiales qualesquier, de qualquier condicion que sean, en todos los nuestros Reynos, y en nuestro Señorío, que no juzguen, ni entreguen ningunas cartas, ni contratos de logro de aquí adelante; y demas mandamos, y rogamos á todos los Prelados de nuestro Señorío que pongan sentencia de Excomunion en qualquier que contra esto fuere :::

(3) *L.* 4. *ejusd.* La codicia, que es raiz de todos los males, en tal manera ciega los corazones de los codiciosos, que no temiendo á Dios, ni habiendo verguenza á los hombres, desvergonzadamente dan á usuras en muy gran peligro de sus ánimas, y daño de nuestros Pueblos: y por ende mandamos que qualquier Christiano, ó Christiana de qualquier estado, y condicion que sea, que diere á usuras, que pierda todo lo que diere, ó prestare, y que sea de aquel que recibiere el empréstito, y peche otro tanto como fuere la quantía que diere á logro; la tercera parte para el acusador, y las dos partes para la nuestra Cámara :: y si despues que alguno fuere condenado en esta pena fuere hallado que dió otra vez á logro, pierda la mitad de sus bienes; y sea la tercia parte para el acusador, y las otras dos partes para la nuestra Cámara; y si despues que fuese condenado en esta pena segunda fuere hallado que dió otra vez á logro, que pierda todos sus bienes, y se partan como dicho es.

(4) *L.* 5. *ejusd.* Como quier que por derecho Divino y Humano las usuras están defendidas só grandes penas; pero esto no basta para refrenar los logros, y la codicia con que se mueven los que la exercitan para adquirir los bienes agenos por exquisitas y malas maneras; y porque las penas que por las Leyes, y Ordenanzas de nuestros Reynos están estatuidas contra los logreros son diversas, declarando las dichas Leyes mandamos, que qualquier Christiano que diere á usuras; ó hiciere qualesquier contratos en fraude de usuras, que caiga, é incurra en las penas que en las dichas Leyes, y Ordenanzas son contenidas ::: y demas que el tal Usurario, ó Logrero quede y finque inhábil, é infame perpetuamente :::

(5) *Auct. acord.* 1. *ejusd.* §. 14. Ha de tener particular cuidado en castigar los pecados públicos. *L.* 9. *tit.* 18. *lib.* 5. Por evitar los daños, que resultan de los fraudes, que los cambios, y mercaderes, y otros tratantes usan de llevar lo que no pueden, ni es permiso, só color de interese lícito por vias, y maneras exquisitas; mandamos, que no se puedan hacer, ni hagan contrataciones ilícitas, y reprobadas, ni otros contratos reprobados en fraude de usuras, y que las nuestras Justicias tengan especial cuidado de castigar á los que lo hicieren. *Vid. verb.* Forum, *lit.* c. *secundo loco.*

(6) *L.* 62. *tit.* 4. *lib.* 2. §. 2. En esta Sala, comenzando por la mayor obligacion de acudir al servicio de Dios, se tenga cuidado de la guarda de ::: de la extirpacion

2 Usus autem est Jus utendi tantum rebus alienis; salva earum substantia. *Communis*, per text. *in l.* Cui usus 2. *ff. de usu, & habitatione, & Instit. eod. tit.* §. 1. *& seq.*

3 Unde minus Juris est in usu, quàm in usufructu: Cui enim usus alicujus rei legatus est, uti quidem potest, frui vero eadem non potest, textu expresso *in cit. l.* Cui usus 2. *ff. de usu, & habitatione*, ibi: *Cui usus relictus est, uti potest, frui non potest, & Instit. eod. tit.* §. 1. ibi: *Mi-*

dia assumere, in mediumque afferre omnia ad Catholicum Regnum animum super sui Regni Statu penitùs instruendum necessaria, ut medella ulla absque mora adhibeatur, publicavè tranquillitas subsistat. (1)

Omnes ergo Judices vigilare debent, nè usurarum delicta perpetrentur. (2)

¿At

cion de los vicios, y remedios de pecados públicos :::

(1) Instruct. Circul. 26. Februar. 1767. Por los *Autos acordados* 14. *y* 48. *tit.* 4. *lib.* 2. *de la Recopilacion*, está dispuesto la correspondencia que deben tener los Señores Ministros de la Sala primera de Gobierno del Consejo, en calidad de *Superintendentes de los Partidos* que se les destinan para velar sobre la conducta de sus respectivas Justicias, y si hay agravios, ó vexaciones públicas, ú otros desórdenes dignos de remedio, y tambien para instruirse de todos aquellos medios que puedan contribuir á mejorar el estado de los Pueblos de sus respectivas reparticiones. 1. Habiéndose interrumpido la puntual observancia de un establecimiento tan loable, que facilitaba al Consejo los modos de enterarse radicalmente del estado del Reyno sin gastos de los Pueblos, se ha tenido por conveniente mandar que cada uno de los Señores Ministros, en quienes se ha distribuido esta correspondencia, la restablezca, escribiendo á los Corregidores de su distrito, para que cada uno le informe del *estado* de los Pueblos de su Partido. 2. Si en ellos hay alguna usurpacion, ó perjuicio de la *Jurisdiccion Real*; si hay escándalos graves, ó *reos* por algun motivo detenidos en las cárceles, sin dar curso á sus causas; bien entendido, que ni por lo primero se ha de alterar, ni suspender el seguimiento de los *recursos de fuerza* á los Tribunales á que correspondan; ni por lo segundo se han de extraviar las causas de aquellos donde toquen, segun su naturaleza. 4. Que excesos hay en gastos de *Cofradías*, agenos del verdadero culto, y si hay Cofradías de Gremios en contravencion de la *ley* 4. *tit.* 14. *lib.* 8. *de la Recopilacion.* 4. Si se cuida de los *montes*, y *plantíos* como conviene, y de hacer semilleros para sembrar árboles, que distribuir á los vecinos para sus plantaciones. 5. Si en los *Pósitos* hay algunos desórdenes notables, que sean dignos de pronto remedio, sin alterar por ahora las facultades de la Superintendencia. 6. Si para el manejo de los caudales públicos está establecida en todos los Pueblos del Partido, en que hay Propios, y Arbitrios, el *Arca de tres llaves*, ó se nota descuido en remitir las Cuentas á la Contaduría de la Provincia, ó colusiones reprehensibles. 7. Si se observan las órdenes circulares de 11. de Septiembre de 1764. para que los Religiosos no vivan de *Grangeros*, y se retiren á sus Clausuras, poniendo las Administraciones á cargo de seglares. 8. Si los Clérigos, ó Religiosos hacen de *Agentes*, ó *Administradores* de pleytos; y haciendas que no sean proprias, en contravencion á lo que tiene acordado el Consejo en Noviembre de 1764. 9. Si se ha arruinado, ó deteriorado alguna *industria*, ó *maniobra*, que pueda repararse; y de que medios se podrá usar para conseguirse su reparacion, y adelantamiento á costa de los caudales públicos, ó de otros, segun el dueño á quien pertenezca. 10. Si hay algunos *despoblados* que pudieran recibir nuevo vecindario: quales son, quien los disfruta, y su calidad. 11. Si hay *exêntos* de cargas concegiles que puedan reformarse, para aliviar al vecindario, en quien recaen aquellas, de que se substraen los primeros. 12. Si hay *Hospitales*, ó *Casas de Misericordia*; como se administran, á que direccion están sujetas; y si hay algunos que reuniéndose, é incorporándose á otros, pudieran ser mas útiles al Comun, ahorrando la administracion separada: expresando quales sean; si son de Patronato de particulares, ó público, informándose de la fundacion, de que pida copia, y de otras qualesquier obras pias destinadas á pobres, dotes de huérfanas, estudios, y otros fines de utilidad pública, sin alterar nada con motivo de pedir estas noticias. 13. Si hay *vagos*, y *mendigos*, y los medios que se toman para recoger los invalidos á Hospicios, y los robustos á las Armas, ó Marina; y que se dispone respecto á las mugeres vagas; añadiendo, al tiempo de dar cuenta, su parecer en este, y demas asuntos; é igualmente si hay *casas de Expósitos*, y su gobierno, y la policía que en esto se observa, y en conducirles á las Inclusas, para evitar infanticidios. 14. Qual es el estado de puentes, caminos de travesía, y demas tránsitos; si se cobran *portazgos*, ó *pontazgos* indebidos, ó si faltan á reparar los puentes, y caminos los dueños que cobran tales imposiciones. 15. Si en la comprehension de su mando hay *Pesquerías* en Puertos, Rios, ó Lagos; si están florecientes, ó deterioradas, y por que causas, y si padecen los ocupados en ellas algun gravámen con motivo de licencia, repartimiento, confraternidad, ú otra causa, ó se impide el aprovechamiento comun sin título justo. 16. Si las *Ventas* y *Posadas* de los caminos del territorio están con la comodidad, y limpieza correspondiente, si se llevan derechos excesivos á los Venteros, y Posaderos, si tienen los necesarios Aranceles, á que personas pertenecen, y que medios puede haber para su mejoramiento, y si son de derecho prohibitivo. 17. Tambien informará si en algun Pueblo está sin observancia, ó contravenido el *Auto acordado* de 5. de Mayo, é *Instruccion* de 26. de Junio de 1766. en razon de la eleccion de *Diputados*, y *Personero* del Comun, sus regalías, y facultades. 18. Con motivo de indagar estas noticias, é informes nada se *alterará*, ni *innovará*, hasta que el Consejo en vista de ellos providencie por su autoridad ordinaria, ó haciéndolo presente á S. M., ó mandando pasar oficios á quien convenga, segun exîja la naturaleza de los casos; pero cuidarán mucho las respectivas Justicias de la exâctitud de sus informes, porque serán responsables de los hechos, y el Consejo no podria disimular que estos se alterasen abultándolos, ni disminuyéndolos. 19. Por evitar confusiones, nunca se pondrá en una representacion mas que *un solo asunto*, colocando los informes separados, á fin de que se formalicen los Expedientes con la debida distincion. 20. Para mayor seguridad se dirigirán los informes, y cartas de esta correspondencia con *sobrecubierta al Señor Fiscal del Consejo*, por cuya mano llegarán sin demora á los Señores Ministros Superintendentes de los Partidos. 21. No solo los Jueces podrán dar estos informes á los Señores Superintendentes de los Partidos, sino que será libre á qualquier *Pueblo*, ó *particular* representar por la misma mano á el Consejo en casos de esta naturaleza, á fin de que vista, y pasada á él la denuncia se despache con la instruccion debida, y este fácil acceso al Tribunal Supremo de la Nacion ponga en actividad todo lo que contribuya al bien público de los vasallos de S. M. Y para que V. en el distrito de ese Corregimiento, Villas exîmidas, ó de Señorío, pertenecientes á su Partido, cumpla por su parte, le prevengo de todo lo expresado, con la facultad de que pueda tomar noticias de todas las Justicias Ordinarias, y personas de su satisfaccion; pero sin despachar para ello veredas, ni diligencieros, valiéndose solamente del Correo ordinario, ú otras ocasiones oportunas. Del recibo de esta, y de quedar en su inteligencia me dará V. aviso para mi gobierno.

(2) *L.* 6. *tit.* 13. *lib.* 2. Cada y quando vinieren á las nuestras Audiencias, ó qualquiera de ellas, ó ante los Alcaldes del Crímen de ellas algunas apelaciones, que interponen ::: sobre la punicion de otros pecados públicos, y de otros crímines, y delitos, en que los nuestros Corregidores, y otras Justicias proceden de su Oficio; el nues-

BIBLIOTECA CENTRAL B.A.N.